UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Dominia. Svbiecta Clero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

Visual Library

Partim Clauſtra fovet, Præmonſtratenſis ab inde,
Tum Benedictinus, tum Brigittanus, & Ara
Tertia Franciſci, canonum tum regula Fratrum.

DOMINIA. SVBIECTA CLERO.

IAm Clero ſubſunt Dominatus, ſcilicet illi:
Bravviler, Bleiſheim, Bocholtz, Bertzdorpica tellus.
Præpoſitura ſimul Poppelsdorff: Endenich; atque
Flertzheim, Iuntersdorffium, Kirchſar, Lovenich una
Heer-Mulheim, Merrheim, Mungersdorpff, Marmagiumque,
Ippendorff, Mavvheim, Strasfeldt, Nevvkirchia, Kierſta,
Oſſendorff, Schvvadorff, nigrum de nomine Rheindorff.
VValdorff, Mullendorff, Geislar, per Vilich in uno,
VVehr; & Vdeshemium (quod Vdonis Villa beati eſt)
Hæc loca dicta ſimul Sacro ſunt ſubdita Clero,
Verum Abbatijs ſunt plurima dedita priſcis,
Plurima Collegijs, quêis longo jure poteſtas
Illa reſervata eſt, ut jus & munia ſanctæ
Iuſtitiæ exercere queant vel tempore quovis:
Sacrificis verò quia mox Irregula præſto eſt,
Prælatus Gladium Prætori mittit, ut Ejus
Iudicio & juſtè reddantur jura cuique,
Et caſtigentur delicta patrata Nocentum.
Hinc quædam ſacris communio juncta profanis
Altera quæ manus eſt ut rectius omnia fiant
Præmia digna ſuis meritis tribuantur, & illos
Qui mala committunt, benè debita pœna coarctet.

STATVS